

# PERORACION 7

## EXPOSITIVA.

Con termino de treinta horas,

Al cap. 36. de Ezechiel.

RECITADA EN LA SANTA IGLE-  
sia de Toledo Primada de las Españas, en la presen-  
cia de su Ilustrissimo Cabildo, en la  
oposicion de la Canonjia de  
Escritura.

POREL DOCTOR DON LVISTELLO  
y Oliuares, Canonigo Magistral de Scolarico, y  
mas antiguo de la Iglesia Cathedral de Guadix, Cali-  
ficador del Santo Oficio, Catedratico de  
Filosofia, y Teologia en la Im-  
perial Vniuersidad de  
Granada.

### DEDICASE

ALEMINENTISSIMO SEÑORDON  
Balthasar de Moscoso, Cardenal de la Santa Iglesia  
de Roma, del Titulo de S. Cruz en Ierusalem, Arçobis-  
po de Toledo, Primado de las Españas,  
Canciller mayor de Castilla, &c.

Con licencia, impresso en Toledo, por Iuan Ruiz de Pereda, año 1646.

PERORACION  
EXPOSITIVA  
**L I C E N C I A .**

**N**OS el Licenciado Don Pedro de Zamora Hurtado, Inquisidor, y Vicario General en Toledo, y todo su Arçobispado, por el Emmentissimo señor Don Baltasar Moscoso y Sandoval, Cardenal de la Santa Iglesia de Roma, Arçobispo de Toledo. Por el tenor de la presente doy licencia se pueda imprimir la leccion de Escritura aprobada por las censuras infra escritas. Dada en Toledo a veinte y tres de Noviembre mil y seiscientos y quarenta y seis.

Licenciado D. Pedro de Zamora Hurtado.

Por su mandado,

Pedro Martinez,

# EMINENTISSIMO

Señor.



OS pies de V. Eminencia postrada pide mi humildad, mi voz pide su atención, *verba mea auribus percipe Domine*, vn desvalido el favor implora, que a vista de tantos valimiētos, no conoce attrimo: *Pauper cœsi mors erat adiutor*. El mismo

caso de Pablo me sucede, pues quādo del Príncipe, y Senado de los Chorrinos, otros con cartas de recomendacion, y multiplicadas intercessiones el favor procuraba, por mí, y por el, dize estas palabras, q̄ a V. E. con su Ilustrissimo Cabildo represento: *Nunquid egemus, sicut quidam commendatijs epistolis ad vos*. No he de ser, ó Príncipe, ó Senado (dize Pablo) como otros, que toda su esperanza la ponen en las diligencias, la libraron en las cartas, que a persuasiones consiguieron; sin recomendacion de persona Eclesiastica, ni secular ante vos me presento a vista de tan conocida justicia: la carta que traigo son mis obras, *mea opera instar epistole*, dixo su grāde interprete, y esto por dos razones, *epistola estis Christus*. La primera, porque no puede auer carta q̄ mas bien apadrine el desaliendo, que vuestra rectitud grande, en todas vuestras acciones. La segunda, porque me he refuelto, que Christo sea mi carta, *epistola Christus est vobis* (muchos leen assi) con que acabando Pablo, yo empieço. Señor, para esta pretension no traigo mas carta, que catorze años continuos en el estudio de la Scriptura, gran numero de sermones que he predicado, en los mayores puestos, y concursos de mi patria Granada; vn comento sobre Ezechiel, y el trabajo de la armonia de los Prophetas, que presento; *mea opera instar epistola*: fuera desto señor, Christo solo es mi carta, porque para Eclesiastico, ni secular no la traxe, *epistola Christus est*, llegando a lo especial de mis exercicios, *intellige clamorem meum*, que no hablaré palabra que no la regule la verdad, *veritatem meditabitur guttur meum*.

Prediqué, lei, y arguí en el Certamen docto, de la mayor Prebenda. Alcandé venturoso, mas que benemerito, entre lo numeroso, y docto de los oyentes, los frutos de la sabiduria, que vno por vno en sus Prouerbios pone Salomon: *Sermocinantem ne plura manus ore suo imponent*, palabras con que la dicha de mi sermón se explica, pues cō señas de ojos,

acciones de vanos, susurros de voces, los mas sabios lo aplaudieron: lei  
 en el mayor auditorio que pudo juntar el afecto, y combocar la curiosi-  
 dad, y los mas eruditos (esta mesma Leccion que a V. Eminencia dedi-  
 co) la aclamaron, con que *honorem apud seniores inueni*, como dize el Sa-  
 bio Rey. Explique mi parecer en las Lecciones de mis competidores,  
 (no por censurar, que con mi natural no se compone) sino por ser Crisol  
 donde se examina el estudio, y en esta accion *acutus inuentor in iudicio*,  
 como dize el hijo de David. En mis argumentos, estimandome me mi-  
 raron, *loquentem seu arguentem me respicient*, auiendo ganado en todo ge-  
 nero de gentes aclamacion: Pudiendo dezir agradecido, desta Imperial  
 Ciudad las palabras de Isaías: *Clamoris plena, urbs frequens, Ciuitas  
 exultans*. Todo esto, señor, es verdad, y lo repito; no porque pierda la  
 modestia de vista, sino porque el Espiritu santo me lo manda en el Ecle-  
 siastico: *Ne seductus insulsiitiam humilieris, noli esse humilis in superbia*,  
 Apoyado el espiritu de Dios ser esta repeticion acto de prudencia, *nun-  
 quid*, dizen los Probernios, *non sapientia clamitat, & prudentia dat vo-  
 ceu suam?*

Mi suplica, señor Eminentísimo, solo se encamina a la peticion que  
 se lee en los Machabeos, que pues no tuuimos dicha asistiera a los acaos  
 por las ocupaciones grandes del gouierno, *interroga, & discet quis sum  
 ego, & cateri*. Y si en junta de los Cathedraticos, y Doctos, tuuere ca-  
 mino mi justicia, y suerte mi verdad, como dize Siracides: *Viam iustitia,  
 & fortem veritatis*. En mi amparo logre V. E. el epiteo que Isaías  
 preuino a los Principes, que en el abrigo de los desvalidos se emplean,  
*factus est fortitudo pauperis*. Teniendo cada vno el premio segun lo que  
 hablo, sin atender a otras circunstancias, que la Prebenda no las pide; y  
 si no se han logrado, solo ha sido por la poca fortuna. Job Principe, que  
 se precio de iulticiero: *Iustitia inductus sum* (asi lo hazia) y el Espiritu  
 santo lo pregona: *De fructu oris sui, vnusquisque replebitur bonis, &  
 iusta opera retribuunt ei*. Ofreciendo como memorial de mi pretension,  
 y primicias de mi voluntad; este pequeño desvelo, para que a el V. E. lo  
 honre, y a mi me ampare.

Criado humilde, Capellan obediente de V. E.

Doctor D. Luis Tello y Olinares.

# PRAELECTIO.

*Relictis prænотatis, quæstionibus communibus, quidquid extra sortem cadit diffugiens elucidandum agredimur textum in c. 36. Ezechielis, & ne distrabamus tempus prolixis capituli paraphrasticæ synopsis, litteræ interpretamento, argumentorum solutione finitur, & mea discriminabitur per oratio. Divisionis nostræ liberemus fidem, & licet humiliter verborum sumptu, textus effigies, capituli argumentum sic valent lineari.*

## Argumentum Paraphrasticum.

**P**rotritionem Idumææ, in lugubre, & lætum Vates noster, diuidens vaticinium à numero primo vsque ad tertium, iracundus inebitur contra Idumæorū, dictionem, infortunia refricans, quæ in talibus præsuris contingere solent, quod à Chaldeis mulieres diuidantur eorum, inscius pater, vel maritus inscius, an dilecta filia, æstimata sponsa, procaci vel liuidinoso militi sub sorte cõtigat, quod propè aduentate exercitu, consentus populus a puero vsque ad senem, a vberibus pendulo, vsque ad extremam cauciem, concitet lamenta, maxillis mulierū lacrymis exundantibus. quo confictu, quando ab equitum, & peditem concitato puluere, Idumæorum spatium

nigricet; latitudo Ciuitatis ab omniū suspirijs reboabit.

Deinde à numero tertio vsque ad 18. peccata Hierusalem recenset, quibus ante captiuitatem fuit Respublica Iudæorum contaminata, & vt principaliora: inter omnia flagitia, sacrificium puerorum ab iniquis parentibus perpetratum, in Idolorum honorificentiam commemorat, & pollutionem sui nominis, siue sacrilegijs in templo, siue ne nominis Baal commixtione lachrymatur, indigitaans illud supplitium funestum quando, præmete fame, patres suorum filiorum ad saturationem carnes, & membra distrikerunt, sed à tristibus ad læta perueniens, à numero 28. vsque ad extremum in 2. parte capituli multa præclara, quam plurimà læta Ciuibus Solymitanis Babyloniorū iugo mancipatis, & montibus Israel prænūtiat, quando adimpleto septuaginta annorum interflitio, fauente Cyro in Hyerusalem repatrient, sic enim alloquitur.

Sicut post noctem tenebris ofussam irradiate die dispersam gregem uisitat, & cōgregat pastor, sic ego Isræliticam gregem in compedibus Babyloniorum detentū uisitabo, recoligam de locis illis, in quæ nocturna seruitutis caligo illum disiecerat, & quia exules cum mortuis computantur, vt in sequenti capite pronuntio, *ossa arida audite*, quæadmodum in resurrectionis die membra tabe putrida ad suam renocabuntur iuncturam, tegentur uernis, super inducetur cutis, sic ego captiuitatis referabo se pulchra, & illis ossibus vitam a qua prius exciderant cōdonabo, ad aspirabilem libertatis auram restitnam, & si è Hyerusalem Ciues exierunt captiui, ouantes illos reduncam; & in foelici infortunatam mutata sorte, cuncta foelicitè succedent.

Nam vt incipiamus à montibus terra illa, quæ horrida & Sentibus plena arato apparebat inculta, modò ligone, ac Sarculo excoletur, & in breui tempore uirescet, terrarum plasticis ex foelici sanctione semina cum usura ingenti

genti rependent; arbores vernantes folijs germinabunt  
fructus, pulsiles oues (quin resonet apparatus armorum) &  
in montibus Israel quietam habebunt stabulationem, sem-  
per inter pasqua de ambulantes, quæ piogua, & sæcunda  
reddunt præter labentes familiares riu. Ciuitates deserta  
hostilibus machinis suffosæ erunt iterum muniendæ, & è  
redimina materiæ disiecta menia, discinctæ turres instau-  
rabitur. Et vt foeliciter adimpleantur omnia, illis præ-  
ponāvit ū, qui vt pastor dispersum in captiuitate gregē de-  
errantem longius, ad caulas cogat, ad septa reducat, qui  
vt dux beneuolo marie agmina remigrantium præcedat;  
sub cuius imperio dispersæ familiæ in vnum exercitum  
cohibunt, & in vnum quasi corpus coagmentabuntur.

Excusso captiuitatis iugo pluribus dēminabuntur po-  
pulis, nam Zacharia cap. 2. in tonante Idumæi, Mo habi-  
tæ, Palestini, illis obsecundabunt, & Sophonia cap. 2. elo-  
quente Azotum, & maris funiculum illis pendent vesti-  
galia; quod attinet ad hominum incrementum, in tam in-  
gentem filiorum, & nepotum augetur siluam, vt Ciuita-  
tum terminis multitudinem exundent, & illud 49. Isaïæ ad  
impleatur, *Deserta tua, & solitudinis tua angusta erant præ-  
habitoribus.*

Si meditemur diuina (quia hæc ad humana expectant)  
post aliquam dissidiam in construendo Templo omnes ad  
fabricam astringentur, & Templum consruent explendef-  
centi marmore sultum, aureis trabibus tectū, multis Por-  
ticum deambulationibus, opere texellatis cinctum. Et  
cum Templum illud sit inter Hebræos secundum, totius  
orbis, erit miraculum primum: & vt foelicitatibus appo-  
namus finem in sollemioribus teſuitatibus, homines læti-  
conuenient. Et tunc temporis faciam, quod celum respō-  
deat terræ, terra fructibus fructus votis.

Nec ieiune, neque ad nauſeam tractari periphraſim,  
nam vomitus sicut in edia nauſcent, etſi aliquantulum ſu-

xix, necessarium est nam incognito scopo securæ non iaciuntur sagittæ. In Sectione 2. absoluta prima, difficillimo, & recenti stylo, litteralem sensum rimemur.

## Sectio secunda.

**S**VM claritudinis studiosus, & sic ex tradita periphra-  
si, meditato textu, cunctam capitis mollem, ad qua-  
tuor assertiones succingo, quæ sint capitis linearum  
centrum diuersarum stationum compitum, telorumque  
aduersantium scopus. Primum assertum: *In fensum, & ex-  
crabile esse inter omnia Hebræorum delicta, nefandum illud sa-  
crificium puerorum litatorum à parentibus, coram falsis diui-  
nitatibus, quæ thesis colligitur, ex illis verbis nu. 18. Effudi  
indignationem meam super eos pro sanguine, quem fuderunt su-  
per terram, & in Idolis suis polluerunt eam* Secundum assertum,  
primo prolato deducitur, *huic crimini supplicii correspondens  
est, vt, premente fame, in infidelitatis penam, patres carnibus fi-  
liorum suorum, & filiarum suarum alantur, distringentes crude-  
les membra ad saturationem. Quod supplicium in nostro  
textu indigitatur num. 13. Doubratrix hominum es, & suffo-  
cans gentem. Asseram 3. Diuinam Maiestatem acrius insti-  
mulari ex pollutione sui sancti nominis, siue sacrilegijs patra-  
tis in Templo, vt Polidheo nus elucidat: Siue de illo ritu ne-  
fario commissente in lamini sanctum Dei nomen, cum Baal no-  
mine obsceno, vt Theodoretus scoliat, quod lachrymatur  
in illis verbis: Sanctificabo nomen meum, quod pollutum est in  
ter gentes, quod polluisit in medio earum, num. 23. Coronat  
asserta vitimum, quo secunda pars capitis illucescet. nepè:  
*Inspecta libertate fructuum, & extensione imperij, hominum multi-  
plicata numerositate, post captiuitatem remigrantes Hebræi in  
reditu maioribus sunt cumulati donis. Vnde apertissime ex  
illis cognoscitur, num. 1. Inscriptis: Et replebo vos homini-  
bus,**



nibus, &c. Bonisque donabo maioribus, quæ habuistis ab initio.  
Quatuor istis, unico obtutu, nostri textus præuidetur  
radium.

Sed amans concinitatem texturæ, ex textu, thesibus  
istis deductis, consonantiam verborum, istarum veritatū,  
& assertionum, per alia similitima verba, cum alijs sacrosan-  
ctis eloquijs in lucem edamus; nam, vt in Esaiam docuit  
Forerius: *Ex consonantia textus ad textum interpretis ma-  
nifestatur studium.* Et quamuis contragessam terram, præ-  
ruptum collem ascendat, qui talia curat, quia in hoc nos-  
tro textu, interpretum nullus metam tetigit, nec facit il-  
luxit, videamus si abstrusa sapientibus, omnium mihi mini-  
mo, & humili dispalescunt.

Primum assertum affulciunt textus in cap. 24. nostri  
batis ad illa: *Super limpidissimam petram, & illa, Sanguis in  
medio eius est,* & vt ex nostra segete ditefcant thesaurus,  
tex. in cap. 23. *Cum Idolis suis fornicata sunt, & filios suos, quos  
generunt mihi obtulerunt eis ad deuorandum,* text. in cap. 7.  
Hieremix: *Aedificauerunt excelsa Tophet vallis intersec-  
tionis;* text. in cap. 8. eiusdem: *Me ad iram concitauerunt in  
sculptilibus,* text. in cap. 10. 11. 16. & 19. ad illa sc. tis obuia  
verba: *Ad comburendos filios suos in holocaustū Baalim,* text.  
in capit. 31. & 32. ad illa repetita: *Aedificauerunt excelsa  
Baal, &c. vt initiarent filios suos, & filias suas Moloch,* tex. in  
cap. 57. Esaiæ: *Effudisti libamen, obtulisti sacrificium, nunquid  
super his non indignabor?* Ex Osea text. in cap. 1. tex. in cap.  
11. & 13. ad illa: *Visitabo sanguinem Ieruzel:* text. in cap. 3.  
Ioelis. *Quod inique egerunt in filios Iudæ, & effunde. mit san-  
guinem,* text. in cap. 4. Threnor. vbi de isto conqueritur  
delicto: *Filia populi mei crudelis, quæ uti stractio in deserto,* &  
lib. 4. Reg. cap. 21. *Sanguinem in noxium effudit:* verba sunt  
contra Manassem: Davidica cithara telonat, Psal. 105. Et  
Leuiticus 18. ad illa: *De semine tuo non dabis, vt consecretur  
Idolo Moloch.* Vnde ex istis noster tex. elucidatur, thesib-

que prima communitur: nam si exossum est, & execrabile  
maiestati diuinæ, quod ferini parentes, obliuisci suæ naturæ,  
misererrimos filios litent coram Idolis, vt ex istis adductis  
munitur, quādo in nostro textu flagitium exauditur istud:  
contra illud non infilet Deus, nec gutatim expargat iu-  
xtorem, sed, vt ait: indignationem fundat dicens: *Effudi  
indignationem meam, &c. pro Iang. . . . . quem fuderunt super  
terram, & in Idolis suis polluerunt eam.*

Assertum secundum sequatur, vt post peccatum, suppli-  
cium exaudiatur, correspondens, pro illo blandiatur tex-  
tus 19. Hierem. Vnde post primū commemoratum rea-  
tum, ait: *Cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus fi-  
liarum suarum.* text. in cap. 28. de Vteron. *Obysdet eris in cra-  
poras tuas, comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuo-  
rum, & filiarum tuarum.* text. in cap. 5. Ezechielis. nam pri-  
mo citandi assignans poenam, ait: *Patres comedent filios.*  
Ex lachrymabili Leonor. tragedia propitij sunt textus in  
cap. 2. *Comedent mulieres fructum suum.* & cap. 4. recessita  
illa prima macula, *Manus mulierum coxerunt filios suos.* Af-  
fonat Baruch cap. 2. nam postquam fuit execratus prime-  
bām illam impietatem, sic pronunciat: *Vt manducare homo  
carnes filij sui, & carnes filia sua.* Sed ita stabiliamus, textu  
in lib. 4. Reg. cap. 6. in cuius textus specie Venedad Rex  
Sicie, Samariam circumbalat, turrimque spatia cingit,  
& arrietibus hostilibus ad muros euerrendos, & euerberā-  
dos comparatis, impetit munitiones, erumna eueniente,  
ista à Dei exardecenti iustitia ob delictum, de quo in nos-  
tro textu, ut Stephanus Cantuariensis, in notationibus  
Gotofridi expendit, in illaque misererrima præfura, extre-  
moque conflictu, exarata ista sonant. *Coximus ergo filium  
meū, & comedimus.* Ex quibus istis disiectis in discursu cin-  
ctis, textum explano, & assertum consolido. Quod Pa-  
tres, artus filiorum suorum, & filiarum tuarum auerpat,  
ad saturationem feroces carnibusque velcatur suis, tan-  
quam

quam a fonte pronenit in supplicium sacrilegij nefandi sa-  
tis, sacrificij puerorum, & si in pueris peccant, plectantur  
in pueris. Vnde cum hæc ita sint; in nostro textu, in pri-  
ma assertionem, post peccatum pronuntiatum illud, vt cul-  
pam in sequatur pœna. In secunda assertionem, huius deli-  
cti inscribatur punitio, dicens noster bates. *Deuoratrix  
hominum est, & suffocans gentem.*

Tertium assertum, securum reddunt quam plurima sanc-  
ta Eloquia, primo etiam Doctorum Interpretamento ar-  
ridentia, tex. in cap. 16, lib. 4. Reg. vbi nefarius Acaz al-  
tare Dei prostruit, & in altari Lunam fulgoribus plenam  
argentum globum complementem in Templo Dei adoran-  
dam, Solimitanis ciuibus proposuit, sic subiungit Sacer.  
tex. *Quod erat coram Domino transtulit de facie Templi, &  
de loco altaris, &c. Super altare maius offer holocaustum matu-  
tinum.* Scolium istud est Theodoretus lib. 3. Græcarum af-  
fectionum, indulget tex. eiusdem voluminis c. 21. in quo  
Manases Imperator, omnium iniquitatum officina, Ar-  
chitectatus fuit Idolum, vt nomen deleteret Dei, suumque  
cognomen ebeheret: rationem istam, tex. ipse inquit,  
*Extrusit aras in domo Domini, &c. de qua dixit Dominus in  
Hierusalem ponam nomen meum.* Et si Interpretum rebollo-  
naria lia reperio, Idolum istud fuisse conflatile, ex tex. 2.  
Paralipo. 33. magno artificio positum in medio Templi  
omnibus vijs correspondens, sic Batablus, & Sa, expen-  
dunt, vnde illud intelligitur, *Tritum ad omne caput vie edi-  
ficasti.* Propitius est S. Basilus hom. de pœnit. *Manases  
in Templo Dei quadriformia collocavit Idola, vt necesse esset  
cuilibet ingrediendi ante Idola procumbere.* Et vt penitus Dei  
nomen prophanatum a Templo exlaret, quadriforme,  
seu quadrifaciale Idolum in atrio possuit Leuitico, quia  
in eius quasi centro erat altare holocaustorum, & portæ  
omnes, & porticus atrij ab Oriente Aquilone, & meri-  
die, cum locum intuebantur, vt vadelibet Templum in-

gredienti occurreret Idoli immaiestas : Notamentum est Saliani tom. 4. anno mundi 3440. sic laxans auenas delictis, vt nomen suum sancto nomini Dei emulum excultū, in statua proposuit, *erexit statuam quadri fontem, cum nomine Manassis.* In Chronico scribit Eusebins, & vt eruditissimo aparato odocet Pierius lib. 32. hanc statuam à Manasse in templo fuisse positam, Dei nomē euertētem, post occisum Isaiam Prophetam, vt indicaret se omnia illum tanquam Deum cognoscere longe, pluraque perspicere, quam Prophetas, qui vidētes appellantur, & sic præscientiam omnium arrogans sibi, statuam suo nomine, & Idolorum insignitam, cunctam regionem inspicientem conflauit. Ex istis colligitur, Deum dolore tactum sui nominis prophanati, superstizioso illo machinamēto, dixisse in isto eloquio, querimonias spargentem : *Struxit aras in domo Domini, de qua dixit, in Hierusalem ponam nomen meū.*

Propitiantur, textus lib. 4. Reg. cap. 23. Vnde de Iocin ista texuntur, *fecit malum coram Domino iuxta omnia, que fecerant. Patres eius.* Tex. in cap. 24. Vbi de Ieconia, & Sedecia sceleratissimis Regibus leguntur ista, *fecit malum coram Domino, &c.* Textus in cap. 8. Hierem. succurrit; vnde offensam suæ lesæ maiestatis, & nominis lacrymatur, *possuerant in templo offendicula.* Tex. in cap. 23. & 11. Vatis eiusdem veritatem stabiliunt. Sic pollutionem Dei nominis ingemiscentis, ibi : *In domo mea fecit scelera. In domo mea inueni malum.*

Sed ex textu in cap. Ezechielis 8. non sine nobilitatis flore elucidemus textum, conclusionemque communiam præfixam, ait Dominus in huius textus specie, Ezechiel, multa hucusque fuisti intuitus iniqua, sed magna nunc videbis nefaria, nam seniores populi nefandis se cōtaminantes flagitijs, maiestatem meam deturbarunt, in Dei sacrarium Idolum Baal introriserunt, coram monstruoso signo thura concremauit, per parientum ambitus

reptilium, & aliorum animalium execrabiles formas depingunt, in subterraneis specubus veneri inferniunt, & tã late se proiecerunt vexant, vt sibi persuadeant hæc omnia offusis tenebris diuinis oculis non esse expectabilia, & ad culmum pertingeret, iniquitas in altari, in quo adoratione mea non concremantur religiosum factu sumentito nunini, turibulis offerunt, dorsum ad Oraculum obertum, quasi me nihil facientes; & hæc omnia in emulationem mei nominis sunt machinati: *Iuxta hostiũ interius Idolum celi ad prouocãdam emulationem: Cornelius, & Theodoretus proferũt, quod Deus scandaliscit iracundusq; irritatur, ex talis idololatriæ macula.*

Sed rogo, quomodo Idolum istud, & à Sedecia, & alijs Regibus memoratis, intromissa Idola, nomen Dei emulabantur, nonitèr ex Ezechiele exhibeamus respõsum, cap. 43. quo conclusio roboratur, enucleatur textus, & dubiũ dissoluitur, en specialissima, & propicia verba: *Polluerũt nomen sanctum meum, in abominationibus, & c. ipsi, & Reges eorum in fornicationibus suis*, qualidiceret. Coniunxerunt nomen excellum, & fallaci artificio associarunt nomen Baal, doctus sic exponit Policronius, ex cuius claritudine, text. innotescit difficilis, 2. ad Corint. cap. 6. *Qua conuentio Christi ad Belial.* Quasi in ista prorumperet, non habuistis satis in sæculis Hebræorum, ait Paulus, in quibus lapidi diuinitatis sternmata condonauistis, nomen Dei coniungisse cum nomine Baal, sed nunc in sæculo isto, in quo Euangelij irradiabit lumen insistentes vestigijs Hebræorum, Christum coniungitis ad Belial, Belial ad Christum, cum nulla sit conuentio. *Qua conuentio Christi ad Belial, ex ista luce, & ex text. in cap. 32. Hierem. in quo ista verba subiunguntur: Posuerunt Idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent, nouam interpretamentum deducit, in statua posita in Templo, quam Ezech. rimatur, erat positum Dei nomen cum nomine Baal, sed cum Deus nõ*

B

pacia.

pacratur suum nomen cum nomine Baal, polluit, quia si-  
cut nulla est conuentio Christi ad Belial, sic nec conuentio  
vlla cum nomine Baal, et nominis Dei.

Zelotipia motus sui nominis furorem emittit, dicens  
istud Idolum erat caeli ad prouocandum ad emulatione,  
Statua indignans, vt vertit Arabicus, *Idolum caeli*, vt He-  
braeus, *irritationis, & accessionis*, Rabini pronunciant, nam  
cum in hoc facinore suum polluebatur nomen, vt ait Iere-  
mias: *Idola sua in domo in qua inuocatum est nomen meum* &  
*polluerent*, furore accensas ex tali pollutione nominis sui  
cum nomine Idolorum conqueritur in 8. Eczechielis,  
*Idolum caeli ad prouocandam emulationem*, dicens, in nostro  
textu, repetens idem delictum tristes voces componit,  
& emitit num. 20. vbi explicatur nostra thesis, *ingressi sunt*  
*ad gentes ad quas introierunt, & polluerunt nomen sancti mei.*

Si Theodoro subscribentes textus illuminemus ca-  
liginem, dicentes in verbis assertionis nostrae facinus in-  
notat illud haecorum miscentium in lamina Dei nome-  
sanctum cum nomine Baal obsceno. Quia compendiarij,  
& alienorum stigmatum videamur tinctores, & frigiones  
fallaces, lineam quam plurimam diuini eloquij exuentes ob-  
scuritatem antiquam, commentationem, & assertionem  
nostram solidabunt. Opinationis huius nota est Clientela  
in textu cap. 17. Ieremias, in quo Vates Iudaeorum in-  
pudentiam ostendens, morum dolens corruptelam eorum  
qui violantes Religionem, in ipsis aris, in annulorum mi-  
cantibus gemmis, lamina pectoral: suae depravatae pro-  
fessionis irreligiose monumenta circumferebant; sic fa-  
tur lachrimans. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, &c.*  
*Exaratum super latitudinem cordis.* Quasi diceret (ait Sanc-  
tius hic) Ieo progressa est Iudaeorum idolamia, vt palam in  
laminis gestent suae impietatis testimonia, ferreo stylo  
imagines, seu signa Idolorum exarantes.

Munitque interpretationem Complutensis Magister  
meus

meus eruditus, ex Alexandrini Clemētis autoritate, lib. 3. pedagogi firmiter diudicantis iteratam fuisse consuetudinem, in omnibus gentibus, in laminis Deorum imagines, seu signa inculpentem, sic illud Pictagoræ: Claritudine percipitur. *Deus non inscribatur lamina, ne res sapius occurrens oculis vilior fiat.* Tali lumine aditam inuenimus ad penetralia obscura peragrandam textus in c. 35. Genes. ad illa verba: *Dederunt omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures, quæ erant in auribus eorum.* Vnde Sanctus Augustinus adiuuat, ista elucidans. *Intelligendam est philacteria fuisse Deorum alienorum.* Autoritati Augustini, iudicium accedit Chrysof. Homil. 35. in Genes. *In aures deitatem signi ficabant.* Simili luce elucidandi text. in cap. 14. Ezech. *Inmunditias suas in cordibus suis,* idest, in laminis numina sua, inmunditias, seu religionis feces iuxta cor suum apponebant, & illud 20. eiusdem Prophetæ: *Offensiones oculorum,* idest, in offendicula, seu Idola constructa in pectorali lamina, aciem oculorum religiosi intendebant; & illud 3. Esaiæ: *Gemma super os,* quasi diceret ingemiscens Euangelista Prophetæ, non solum in schedulis pectoris, imagines Idolorum inscribunt, sed mulieres capillos suos discriminantes in fronte auream laminam, seu pretiosam gemmam cum effigie venerati numinis imponunt: *Gemma super os,* Ex istis fontibus, irrigua euadit interpretatio, alfiuans, quod in lamina, tum hominum, & mulierum tum, expressa Idolorum apparebat imago, aut aliquod religionis profanæ signum, per diuersas sui operis paginas, diuersaq; commenta; multa ex his ex Celio Rodiginio: Alexandro ab Alexandro desumens, Sanctius cumulat.

Sed parum contentus alios huius eruditionis petiui fontes, & inexhaustum Alphonsi Nouarini oceanum sui ingressus, & lib. 3. Electorum factorum capit. 18. huius antiquitatis prospectantur vestigia, loquitur sic. *In laminis ab idolatris imaginunculas quasdam, efformari in Deorum honorificentiam.*

Authorū accēssit cohortē, & pro se, & nobis fauere ad-  
uocat Pliniū lib. 34. Enodiū cap. 8. subsequētia pronun-  
tiantem contra pectoralia ista inuehentem. *Vbi sunt sigil-  
la nominū votis imaginatā facientū.* Sed quāuis hi duo recē-  
tes antiquitatum per vestigatores vigilēs docuerint in la-  
minis idololatriæ per imagines fuisse inscriptū, & exara-  
tum signū de collo pendens vsq; ad regionem cordis, vt  
ait Vates, *Exaratū super latitudinē cordis*, cū allusione ad  
torculum, seu bullam, de quibus Marcialis canit lib. 14.

*Carmina cū scribas, accipe cor, quod habes* (quia lamina ista  
à collo dependens, in corde insidebat.) Attamen intima  
huius antiquitatis præcordia de laminis in corde loquen-  
tes authores, & præter illos nullus rimati non sunt.

Quānis nullius vestigia præmā in itinere isto, ionixus a-  
lijs diuinis eloquijs affirmoidololatriæ signum sacrilegę  
deprauatę Religionis, de quo text. Hieremię, & noster  
conqueritur: *Polluerunt nomen sanctum meum*, esse Dei no-  
men in lamina scriptum cum nomine Baal, & tex. in cap.  
28. Exod. facem interpretationis desumo, in cuius textus  
specie, postquam Deus Sacerdotalia Aaronis designauit  
ornamenta, ait: *Facies laminam de auro purissimo, in qua scul-  
pes opere zelatoris sanctū Domino.* Considera quomodo il-  
lud, *Opere zelatoris*, Exodi consonet cum illo Hieremię.  
*Scriptum stylo ferreo*, sed quid sibi vult in lamina Atonica,  
illud, *Sanctum Domino*, inscriptum: Hebræus text. desig-  
nat, *Nomen sanctū, Te-ethrasmatō*, inscriptum: adiuvant Au-  
gustinus, Hieron. & Beda, vno ore fatentes, in lamina illa  
inscriptū esse Dei nomen. Ex recentibus elucidatoribus  
calamū, sic mouet Cornel. hic. *Lamina erat affixa Tyria,*  
*in fronte Pontificis.* Ex his si omnia nectas erues assertio-  
nis fulcimentū, & aliquid in textu Hieremię, non obuiū.  
In lamina pro decore Aaronis fastigiatū Dei nomen, *Te-  
ethrasmatō*. Insculpsit Deus, mulieres, & homines Hebræi,  
Dei iussione abutentes in lamina, in qua exarabatur Dei



5

nomen: *Facies laminæ opere zelatoris, nomen Baal stylo ferreo insculpūt. Conqueratur Deus de isto delicto, de ista sui nominis pollutione, dicens in text. Hieremix. Peccatā tuā scriptum stylo ferreo, exaratum super latitudinē cordis, & in nostro text. Sanctificabo nomen meum, quod pollutum est in tergite, quod polluisis in medio earum.*

In textu in cap. 2. Osee pro assertione secundum fundamentum reperio propitium. Meditamina sapientes, nā text. istum, nouissima luce rimari promitto: in specie tr. tanquam cum adultera coniuge disceptat Deus cum Hebræorum populo, illumque religionis temerata arguit: istaque eristica mollitur. *Ego non vir eius, auferam fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uerum suorum.* Non me laetet recentem expendisse ista, de istis laminis iam memoratis; & quia descendentes à collo desinebant in pectore, tanquam suæ Religionis insigne tropheum laminæ istæ. *Fornicationes de medio uerum suorum appellantur.* Sic venit intelligendum Canticorum illud. *Ponemus uel signaculum super cor tuum.* In quibus iuxta interpretamentum Algraini, & aliorum sponsus exigebat, ut sui nominis memoriale in lunula, seu gemma inscriptū in lamina pectorali à corde non recederet. Sed quamuis interpretis istius vestigia hucusque peruenierunt, ad nerticem montis non accesserunt; nam si rogo, quare laminæ istæ appellantur adulteria? nō benè respondebit, quisquis respondeat, dicens ritus nefarios Idololatriæ sic appellari. Sed pro conclusionis vigore, & Osee enucleatione elucidationē sic meditor nouam.

Baal nomen idem est, quod Bel. Belphegor. Priapus, Camos, & Bacus. Sanctus Isidorus lib. 8. de Dijs gērium affirmat. Sed propriissimā huius nominis Baal explicantes ethimologiam, idem est, quod *maritus*, idem quod *vir*, idem, quod *Dominus subiugans*, sic Ioannes de Pineda, de rebus Salomonis lib. 7. cap. 8. in alijsque paginis ethimo-

logiam iterat, & defendit ex textu in cap. 1. Deuterono. text. in cap. 24. eiusdem voluminis, text. in cap. 62. Esai, Cuius nominis inspecta ethimologia, si *Baal* idem est, quod *maritus*, idem quod *vir*, & *subiugans Dominus*, impius cultus consistet in quodam quasi coniugio impudico, & meretricatu lasciuienti huius mentitæ diuinitatis, & percipiam in text. Osee quomodo laminæ illæ, quibus explicabatur cōiugium, & matrimonium Baal, adulteria cog nominentur. Sed memoria dignum ad plenam exhauriendam expositionem accipe notamentum. Baal idem est, quod *maritus*, idem, quod *vir*, quia Hebræi cum falso istozumine iniebant matrimonia, & in suo nomine gloriantes, cum laminis illum appellabant maritum, in hoc persuadēdo multus est Salianus tom. 3. 5. & 6. sed versus Marciani Capellæ fauenter resonat, Pan: girim nominum texens: *Te Serapim Nilus Memphis veneratur Ofsirim*. Quæ verba in matrimonio Baal intercesere, Iacobus Bolauc. lib. 2. de Ecclesia, Gueuara in Abacuc docēt, à primis fundamentis designantes, istud fuisse sic initum matrimoniū, quia in antiquitate homines, vel mulieres, cum suis dijs celebrabant coniugia.

Vestiri eruditionis ornamentis valet veritas ista nam Herodotus lib. 1. de Caligula, crimen istud insinuat, Suetonius c. 22. epitome Dionis, sic verba de Antonio, emolitur: *Cum viderent Athenienses velle Antonium Dionysij nomine ornari, Mineruam ei desponderunt, is nuptias placere sibi respondet*. Seneca proficiuus est lib. de superstitione, *Sedent ait, quidam in Capitolio, qui se à Ioue amari putant*. Vnde clauem inuenimus ad apertendum illud, Machabeorum 2. sic de Antiocho cap. 1. *Cecidit in Templo Nanea, cum ea habitaturus venit ad lo. um Antiochus, ut acciperet pecunias multas doris nomine*. En cōtubernium, en dos pecuniarum Antiochi cum Venere; sic Clemens exortatione ad gētes, ex quibus persuadec conclusionem, & ex antiquitatis rudibus, Oleo mēruo.

Hæbrei insistentes vestigijs gentium matrimonium celebrant cum Baal; mentitam diuinitatem istam suum maritum, Virum suum, in tex. isto Osee dicentes, per illa verba. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi.* Sic S. Hieronimus protulit, loquitur de Baal, & *Baal maritum suum profitentur.* Pater Ribera, & Gaspar Sanctius duo luminaria Societatis, & Orbis, subscribunt. *Gens Israelitis ultimus (ait.) in amatorio lectulo se commiscuit.* Matrimonium istud explicantes, fecerunt laminas, & se gloriantes honoris, & amoris, in lamina propria nominis Dei ad cor seu vbera, nomen Baal apposuerunt, & quia nomen istud, idem est, quod maritus, vir, vel Dominus subiugans, tali lamina nomen Baal habente, quasi in sigillo proclamant, Baal matrimonio esse addictos, vnoque fœdere copulatos, vt exteræ faciebant gentes, cum suis Dijs matrimonia concelebantes. Dominus ergo Zelotipia motus videns suum amorem transmissum ad alium virum, ad aliumque maritum, exteris laminarum signis in eum neglecto illo fugientes Hæbrei, quia adulterium ad alterum est, laminas illas, in quibus cum nomine Baal designabant matrimonia, appellant adulteria, & commixtionem sui nominis sacrilegi cum suo sancto nomine dolens in Osea ait, concitans lameta, quod propter illud delictum Deus non est maritus Sinagogæ: *Ego non vir eius,* & quia in laminis nomē illud *maritus*, vel *vir* erat iniunctum Dei nomini, appellat adulteria; *auferat adulteria sua:* & quia laminæ illæ erant in pectore. *Adulteria in medio vberum suorum* appellat, prosequensque lachrimas tanti delicti postquam Osee diuulgauit ista, per Eczechielem nostrum, iterum flens coniunctionem sui nominis cum nomine Baal in laminis; in verbis nostræ assertionis pronuntiat; *Sanctissime abo nomen meum, quod pollutum est inter gentes, quod polluisis in medio eorum.*

Quartum, & vltimum nostri textus assertum, quod

cundæ parti capitis interpretationis suboritur lumen, & num. 18. vsque ad 38. lineæ textus illuminantur omnes, edocentes, quod Hæbrei post Exilium maioribus sunt cumulati donis, quantum ad hominum multitudinem, ubertatem fructuum. Assertioni succurrunt textus in cap. 2. Zachariæ ad illa verba. *Absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum*, ibimet idem allonat cap. 8. *Platea Ciuitatis complebuntur infantibus*. Text. in cap. 31. Hieremiæ. *Seminabo domum Israel, & domum Iuda semine hominum*. Text. in cap. 49. celebratissimo Esaiæ: *Deserta tua, & fortitudines tua angusta erunt præ habitatoribus*. Alludit tex. in cap. 14. Zachariæ. *Reuertetur terra vsque ad desertum, de colle Remmon*. Text. in cap. 66. Esaiæ. *Parturiet terra in die vna, & peperit filios*. Pro ubertate terre meliorata post reditum, textus sunt protegentes in cap. 35. Esaiæ interpretante de isto reditu D. Thoma. *Latabitur deserta, & in vna gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron*. Illustris textus in cap. 31. Hieremiæ proclamat. *Confluent ad bona Domini super frumento, & vino, & oleo, fœtu pecorum, & armentorum*. Per similia loquitur Zacharias. *Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum*. Textus in cap. 52. Esaiæ aperte pronuntiat conclusionem ad illa. *Gaudete simul deserta Hierusalem, quia consolatus est Dominus populum suam*. En ex nostro textu lucem obtulimus difficillimis istis, & in nostrum locum, vbi lux effluxit, maximo cum foenore reflectitur quasi in communi, & prima manu, aductis lineis imago textus manet effigiata. Præstituta ergo periphrasi, ex textus præcordijs deductis, & stabilitis thesibus; ad designandas proprias, & genuinas decidendi rationes, pro vtraque parte textus, properemus; nam decidendi ratio (vt ait in Canonica prudentia eruditus Germonius) est *texens spiritus, argumenti solidatio, ab illa tanquam à proprio lumine textus caliginose, nebulae clarescunt*.

Lubricus, asperusque est gradus; nam ego ultimus, & in  
 finis Theologorum, sum primus, inter interpretes, qui  
 istam elucidandi semitam, tot impeditam laboribus tero;  
 canonicis elucidatoribus acquiescens. Id non praesto, quia  
 novitate demulcear, sed, quia a Paulo erudior in omnibus  
 textibus, redente rationem, si de illo Apostolorum Acta  
 fantur, *De omnibus Paulo rationem redente*. Et de nostro li-  
 bertatis vindice (Matthaeus ait) *Cœpit rationem ponere*; &  
 qui in supplicijs, & mercedibus rationem non perscribit  
 interpretis litteralis partes non tuetur (meo iudicio) nam  
 in divinis Biblijs, ex toto animo perpendiculari supplicia,  
 in visceribus textus decidendi ratio apparet, de hoc exem-  
 plorum foecunda seges, & pro mille, text. in cap. 5. Amos  
 loquetur. Retulit supplicia a iustitia divina iras scintilan-  
 te, & postea, ait rationem, decidendi designans: *Pro eo,*  
*quod deripiebatis pauperem, pro eo, quod vendiderunt pro argē*  
*to Iustum, his, ut fidas recenti, & difficili stylo scurlis, re-*  
*legens Pauli, & Christi vestigia scrutemur rationes deci-*  
*dendi, & cum Theodoro in nostro textu interrogemus,*  
*cur criminosis istis indignationem, seu Babilonicam cap-*  
*siuitatem, quæ idē sunt (iuxta omnium placita) Deus desig-*  
*net propter ista delicta? & pro secunda parte in lancem*  
*euocemus: a quo fonte, in remigratione donorum fluēta,*  
*in nostro textu contenta, ebulliant? sic a capite ad calcē*  
*totus textus exponetur.*

*Decidendi rationes pro prima & secunda parte capituli:*

**S**I a faciliore est incipiendum (iuxta illud dictum  
 commune) a ratione decidendi secundæ partis nau-  
 ciscamur initium: quia in textus cortice se commē-  
 dat liberalitas ergo divina foecunda est scaturigo, a qua  
 tanquam a Perenni fonte, ubertas in fructibus, viror in  
 pratis, oppullentia in diuicijs, hominum foecunditas, pro-  
 mana-

faciunt, Iudæis in proprias sedes remigrantibus: *Non propter vos ego faciam* (ait Dominus in nostro textu) quasi diceret, non à vestris meritis, sed à mea misericordia omnia sciant ista. Sancius Cornelium adiuvat primam istam rationem producentem. *Ne suis meritis adscribant libertatem à Babilonico dominatu, abundantiam ab sculto, & secundo solo, sed propter Maiestatem, & liberalitatem prospera succedent cuncta.*

Sed difficultatum ingrediamur laberinthum. Primæ parti textus rationem decidendi vendicantes: in disputationis girum evertentes, cur seruitute Babylonica (indignationis nomen assumete) peccata sacrificij puerorum, adorationis Baal plectantur, & quamvis aridam peragramus terram: duplex decidendi ratio mihi occurrit. Prima, quod delictum Idolatriæ specialiter poena seruitutis punitur, & sic seruitus Babylonica, supradictis responderet criminibus: diuina Oracula rationem pronuntiant ab ipsa Iudæorum exoriente aurora. Genes. cap. 15. post Idolatriæ recensitam nebulam ista audiuntur. *In terra non sua affligent eos, seruituti subijcient,* cap. 32. Exodi, dilabuntur in idolatriam Vituli; tunc libertatis, in coronis, amittunt signa: cap. 2. Iudicum Israelitæ Baal in seruiuerunt, sed in manus Cuffan Regis Mesopotamiæ traditi sunt; mortuo Orthoniel reddunt ad vomitum, & per Eglon cõpedibus adicitur. Roboamus Idolatriæ crimine obtenebratur, sed Sefoftris in illum irruens seruitutis iugum apposuit Israel; & Roboami statuum erigens, scemineas insculpit pudeda. Achaz Idolatra ad Damascum portatur captibus. Manassés Achaz nepos Idolatriæ in Babylonia poenas luit extorris. Atque suppetunt exempla silentio suppressa breuitatis tempore: sed mihi ratio ista non aridet, quia generalis est, & peccatis cuiuscumque Idolatriæ deseruit. Vigiliæ nostræ solum student, vt textus ingrediamur viscera, cur sacrificium puerorum, veneratio Baal

Baal, specialiter Baby Ionica seruitute puniantur? Si ad-  
 piscimur ista, nostri textus scopum colligauimus. Sed fa-  
 niente numine reperij. *Delictum sacrificij puerorum, adora-  
 tionis Baal, pollutionis nominis Dei Israelita tanquam à fon-  
 te desumpserunt à Babylonia, sed ut poena correspondeat delictis in Babylonia. Gustent, & supplicia, nouissima luce ex-  
 pendantur (auditores sapientes) Hieremiae textus duo.*

Babylon Metropolis orbis ob sua delicta delubru vo-  
 luptatum appellatur ab Esaia c. 13. *Peccatorum officina*, à  
 Zacharia cap. 5. sed Hieremias sic illam appellat: *Calix au-  
 reus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram de vi-  
 no eius biberunt gentes, & ideo commota sunt.* cap. 51. quasi di-  
 ceret iuxta communem calculum interpretam; en Baby-  
 lon mater fornicationu, ex cuius aureo poculo, Babylo-  
 nis idolatriam, sacrificia, strupa sub religionis larua He-  
 braeis inuexere. Textus succurrit Arabicus, vbi Vulgata  
 legit: *Comota sunt, transfert, Babylonizata sunt.* Alludit 17.  
 Apoc. ad illa verba, *Babylon mater fornicationum, & abomi-  
 nationum terre, cum qua fornicati sunt Reges terra, in fronte  
 nomen eius inscriptum.* Ista est Babylon inuerecunda mater,  
 doctrix scelerum, ex cuius venenoso poculo omnia pec-  
 cata, caeteræ gentes degustauere, & in hoc tantum laxauit  
 habenas, vt si meretrices in fronte præferebant nomen,  
 (vt cuncta litteratura scribit) & in celulis lupanaris appo-  
 nebant titulum, tanquam meretrix Babylon in fronte suu  
 nomé apposuit, & Hebreorum magistram se appellans in  
 suis gloriatur delictis: Propositio ista vltima, in qua ni-  
 titur discursus structura, probatur ex textu in cap. 23. E-  
 zechiel. in cuius text. specie referens vates delicta ipsissi-  
 ma, de quibus in nostro textu, verba facit; Babyloniã tã  
 quam fontem illorù designans perspicua sunt verba. *Mul-  
 tipli casti fornicationem tuam cura Chaldeis. Et alia, Vidisti ima-  
 gines Chaldeorum.* Non à memoria fugiant ista, & ipsum  
 Hieremiam cap. 25. perscrutemur vigilas.

Destinantur Chaldei ad supplicium idololatriz, fornicationis, & scelerum, quæ in nostro textu diuulgantur, & sequentia format, sic loquens cum multis, & præcipue Solimitanis allunis. *Sume Calicem à Babylon, &c. & propinabis de illo gentibus, ad quas ego mittā.* Quæ verba non solum in imaginaria visione intelligenda, sed in rei veritate, Cöplatenfis docet. Ideoque vatem instar Abacuc, ab Angelo ductum fuisse per Prouinciã Iudæorum cum calice diuini furoris pleno, tali poculo illos redens certiores Propheta de morte acerba, & diro captiuitatis Babyloniz supplicio. Quo audito textu ad perpendicularum duos textus taxamus. quare Babylon scelerum Iudæorum dicitur poculum, *aurus calix*, quando arguuntur delicta, & quando de istis criminibus agitur supplicium, Babylon eodem nomine appellatur? *Sume calicem.* Primò obtutui solatio, & decidendi nostri textus ratio apparet, nam vt poena affonet delictis si Babylon fuit poculum peccatorum, Babylō sit suppliciorum calix: nã à fonte à quo potauerunt reatus, bibant & supplicia, & sic in nostro textu propter traditã istã rationem, quia peccata adorationis Baal, pollutionis nominis, sacrificij puerorum, tanquam à fonte Iudæi desumpserunt à Babylonia, ab eodem fonte, horum peccatorum desumant & pœnas, dicens: *Effudi indignationem meam*, loquens de Babyloniolorum seruitute, vt vno agmine Auctores proclamant.

Post Periphrasim, assertionibus firmatis, decidendi pro vtraque parte textus enucleata ratione, seucro examine demus libræ verba in primo asserto, numero 18. posita, nempe, *Effudi indignationem meam super eos pro sanguine quẽ fuderunt super terram, & in idolis suis polluerunt eam.*

Rupertus, Hieron. de illo nefando delicto patrũ filios suos coram demonijs litantium exponunt, sed, vt antiq̃ qua susurratio pereat *De puncto, est, non est de puncto*, vt notior, loquatur Sancius hic: *Quia sanguine fuderunt terram filio-*



*filiorum, quorum sanguine placare sibi Deos voluerunt.*

Verborum istorum exarata discussio, obuia est apud literatos, & vix arista ex demersis ab aliorum falce, superesse censetur. Videamus si aliqua nota superauerunt fragmenta, & quamuis sex ab hinc annis de argumento huius numeri mandati typis in alio certamine opus, nec verbum dicam, nec verbum trascribam; tunc enim loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus.

Sed vt indignationis iacula optimo iure à diuina iustitia credantur contra istud delictum retorta, ipsa verborum textura animum sollicitat, vt facinus istud stabiliamus infensum bonitati diuinæ; ex principio, ferocitate, & ritu, quibus coram falsis dijs peragebatur; quod attinet ad principium, Afris originem adscribit huius delicti, Plutarchus Diagora primo legislatore patrem suum immolante Saturno. Cretenses hac macula infectos docet Theophrastus, referens Idomeneum à bello reuersum Obterium filium, instar lepre, aris imposuisse. In Thebis fuisse delictum exortum, Tacitus loquitur, ibique Creontem Mineum filium sacrificasse, prodit etiam Doroteus, Sanctus August. & Prosperus apud Lorium, originem sumpsisse inter Hebræos, ab illisque in alias Barbaras gentes fuisse diffusum, à sacrificio nempe Abraham vnigenitum filium suum ferentis: sed quamuis multi subscribant rationi istius, non acquiesco. Nam delictum istud proprium est Idoli Baal mentiti Babylonorum numinis, vt septuaginta textus in Scriptura probant, sicque à Babylonia hoc venenū cucurrit. Docent Cyrillus lib. 4. contra Iulianum, Paulus Venerus lib. 3. Sed ego designans fontem delicti, ipsum dæmonem fuisse affirmo, ab ipso exordio idololatriæ. Sic Abule n. 4. Reg. cap. 3. & alibi; nam quæst. 2. 3. in volumine Venetijs excusso, ait: *A dæmone hoc provenit, additque, quod Hispani Insulam inuenerunt, ubi dæmoni habitatores filiorum sanguine spargebant, & dæmonem humana effigie certis anni temporibus*

apparentem. Serarius Cap. 9. Iudicū, apertis vocibus, fate-  
tur à dæmone initio, promanasse, & sic Marius fuit im-  
pulsus à dæmone ad filiam deuouendam, Athaneus, Ci-  
cero, Giraldus, veritatē istam proferūt, sed satis de pro-  
phanorum fontibus, Sanctus Chrysoſt. contra gentes, pro-  
nuntiat, *Dæmones ludificantes homines, eos impulerunt, vt sa-  
crificijs macularent.* Vnde intelligitur illud Diuini Cithare-  
di; *Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, id est, dæ-  
monibus petentibus, tanquam suauē sacrificium, designa-  
to fonte, accipe expansum delictum in diuersas gentes.*

Ab Aurora mūdi accipe nationes litates, & postea nu-  
mina; Scitæ, Tauri, Pontici, Galisardi, Berbiaci, Arcades,  
Trixi, Vbandali, Romani, & frequentissimè Hebræi. Dij,  
quibus humanæ offerebantur Hostiæ in antiquitatis cali-  
gine fuere, Iupiter, Iuno, Mercurius, Diana, Triuia, Mi-  
tra, Hercules, Saturnus, seu Baal. Ioan. Lorinus, de hoc  
argumento multa sine digestione transcribit ex Serario,  
Psal. 105. Serarius multa sumit ex Tertuliano in Apolo-  
getica, Theodoret. lib. 7. Græcarum, affectionū: Ansē  
cumulat multa Christophorus de Castro cap. 7. Hierem.  
sed ad fontes intēdere digitū sufficiat. Eusebius lib. 4. præ-  
parationis Eugen. S. August. lib. 9. de Ciuit. ex prophanis  
Tacitus lib. 2. Annalium. Alexand. ab Alexandro, lib. 3.  
cap. 3. 2. & meus Beticus Seneca, vt autoritatibus agmē  
laudatur scilicet in extremo Octauie. Omnes isti in re-  
refutando delicto, lapidem mouent. Sed aliqua huius cru-  
delitatis pandantur exempla, vt promissis stemus. Vide-  
mus grassatum istud in quinaementum.

In Africa 200. homines in vno die foedissimis aris ma-  
ctabantur. Sic Lipsius in Politic. Sic Serarius cap. 9. Iu-  
dic, L. iceo Cypri quotidie, tres homines immolabantur.  
August. lib. 18. de Ciuit. In vna Vrbe Themisia, vt memo-  
rat Bocius in Occidentali India, quæ à Lusitanis posside-  
tur iniuste, quot annis plusquam viginti infantium millia, de-

mones

nones illi Barbari immolabant. Diodorus lib. 20. Histo-  
 ria de Carthagenisibus, protulit a istimius adhaesisse im-  
 molandi vicium: *Vt qui filijs carebat, clam emptis infantibus,*  
*atque eductis, liberorum loco, immolabant.* Phoenice omnes  
 primogenitos sacrificabāt Saturno. Sic Philo: fingentes  
 Saturnū voicū filium à Nimpha genitū etiam mactauisse,  
 spargentē cruorē in signū diuinitatis. Ex quo cū Castro,  
 Lorio, & Serario, caliginem depello ab illis verbis lib. 4.  
 Reg. cap. 3. *Rex Moab arripens filium suum primogenitum,*  
*qui regnaturus erat, pro eo obtulit holocaustum super murum, id*  
*est, imbutus Fenicū religionē, filium suum mactauit, ad*  
*gustis belli oppressus, vt tali holocausto numen suū pla-*  
*caretur, legitima est nostræ assertioni, & textui commē-*  
*tatio ista. In rationem Abulens. quæst. 23. nunquā sui pro-*  
*pensus, nam dixit, istud sacrificium fuit ad flecendum hostes ad*  
*miserencordiam, contra Ducem arma capesso. Quomodo v-*  
*nius hominis morte tot peditum, & equitum turbæ fla-*  
*mescente ira, resonante tuba, inhiensibus equis, erant ad*  
*miserencordiā flecendi? Et miror quomodo rationi nos-*  
*træ non præbeat assensum, cum de Senacherib loquatur*  
*ista in eadem quæstione, Senacherib post amissum exercitum*  
*185 J. virorum, volebat duos filios suos immolare Deo, vt re-*  
*duceret eum in pristinam potestatem. Quomodo hostia obla-*  
*ta à Rege Moab eodem fine non gaudet? Cum ipse pro-*  
*loquatur in eadē quæstione, quod Manasses, & Acaz pri-*  
*mogenitos consecraruat; repetit verba cap. 21. q. 7. In re-*  
*uerentiam Baal, consecrabant Israelitæ filios, & filias suas. Sed*  
*& vt Colophonē apponamus, curiositatis non est expers,*  
*quod docent Curtius, & Barro apud Lactantium lib. 1.*  
*de falsa relig. Si immolandi homines non suppetebat occasio, ce-*  
*teros homines offerebant Saturno, vt, umbra, seu imagine talis sa-*  
*cificij, lataretur.*

Horum filiorum mactatio, de qua in nostro textu tan-  
 tū apud Hebræos percrebuit, vt redderet campos sangui-

neos, & laqueos sanguinantes, nam locus sacrificij in valle Emnon, in c. 7. & 19. Hierem. memoratus, tot erat cruciatus sacrificijs, vt vallis occisionis appellaretur, suum pristinum pulchrum nomen amittens, *Vallis appellatur interfectionis.* Vnde Nicol. de Lyra sonat: non dicetur vallis consolationis, aut gratiæ, vt nomen Emnon explicat, sed Vallis *Stragis*, Christophorus de Castro verba, Lyre idiomate Hispano, vertit, *Valle de la matança*, vt Hispanus loquitur, meo videri, cum allusione ad locum Hispanicum nostrum, in quo ex Mauris, & Catholicis occubuerunt quamplurimi in illa satis repetita Historia, quã Ambrosius de Morales, Ioãnes Mariana referunt, & ob magnum effusum cruorem mortis repetitione eodem nomine insignitur locus, *Valle de la matança*, qua similitudine vocis comprobatur, puerorum iterata mactatio.

Sic, vt ponderetur delictum, displicuit Deo tot Innocentis sanguinis litati sacrificiũ, vt maluit Deus, vt lueret Israelitæ pœnas peccati, locum illum fore sepulchrum comune Ciuium Solymitanorum in fatali die Chaldeorum, vt ore aperto deglutiret eorum membra, quæ corã Moloch, seu Baal, nefando illo delicto poplitem flectebant. Argumentum est text. cap. 19. Hieremiæ, & 7. quo in loco sic Sanctius interpretationem odoratur, *Vallis interfectionis, seu interfectorum cadauera, quia eo tanquam in sepulchrum proiecta illorum cadauera.*

Vnde tibi nota nouum. ex sanguinis isto repetito profluuio, & loci huius impietate crudeli, Deus Hebræis permisit mulierum libellum repudiij; nõ ex meo cerebro cogitata est ratio, acumen est in Chrysost. serm. de libel. repudiij, *Libellus sit repudiij, quia, qui, nec filijs in valle ista parcebant, vxoribus minime pepercissent sed occidissent.* Istis tanquã in funesto theatro puerorum repræsentata tragedia ad cæremopiale ritum deueniamus, vt tribus stemus premis.